22. Arg. 2: quidquid perfectionis est, Deo concedendum, sicut quod imperfectionis a Deo relegandum; cognoscere vero certa futura contingentia conditionata perfectionis est, sicut imperfectionis illa cognoscere contrariter: ergo. Confirmatur: ista futura Petrus leget, Petrus non leget certo cognoscuntur a Deo, quod determinate habent veritatem in una contradictionis parte; et etiam hae: si Petrus vocabitur a Deo gratia, respondebit; vel non, non verificanda in una contradictionis parte: ergo ista certo cognoscuntur a Deo sicut illa. Probatur minor, quia propositiones absolutae distinguuntur a conditionatis accidentaliter tantum scilicet, ob conditionem.

23. Respondeo ad argumentum. Nego minorem: nam perfectio Dei stat in cognoscere res sicut est, non vero aliter ac est: unde si Deus cognosceret futura conditionata, de quibus loquimur, scientia visionis, imperfectionis esset, quia cognosceret non futuros ut futuros. Licet haec nominemus ut futura est cum diminutione mente conditionata; haec autem conditio, cum non dicat necessariam connexionem ad effectum consequentem, facit futurum non determinatum, ac proinde non est vere futurum. Et adverte, quod licet futura ostenderent ex Scripturis stabilia, conditione stabilita, credi deberent, non quia habeant aliquam ipsorum determinationem actualem, sed tantum in veritate determinabilia: eo modo ac si aliquid possibile, ut possibile tantum, constaret ex ipsis Scripturis; nam deberent credi ea infallibiliter, quia est praecognitum.

24. Ad confirmationem. Nego absolute minorem. Ratio hujus est: quia omnis propositio est de futuris absolutis, quae liberum supponunt decretum Dei, ratione cujus ut futura, et sic determinata veritate certo a Deo praecognoscuntur. At in nostro casu non potest sic haberi; nam multa futura conditionata assignari possunt, quae numquam erunt verificanda, nec affirmative, nec negative: ut poenitentia Tyri, si Christus ibi praedicasset, quae neque fuit posita neque negata. Ex quo apparet, omnia alia, quae decernuntur ab eo, dum conditionata supponuntur, non habere determinatam veritatem, sed solum posse habere ad modum possibilium usque dum Dei decreto determinentur. Ad probationem minoris dico, quod absolute quod res est, vel non est, propositio dicitur vera, vel falsa, et quod addita inter absolutas et conditionatas talis propositio est, non quod veritas est.

Arg. 3.

Arg. 3º: ad scia ɔjecturali Deo repugnat. Rº: infert, ū ɔjecturat unū ex alio; ō hęc cognitio Deo repugnat: ergo = Deneg. hęc scia ē certa, l sine decº, vl cū decᵗᵒ: si cū decreto, erit scia perfecta futuri: tq sine decto ē ipsa scia media, jā ob certitudinē dictā; jā qª hęc scia regulare potest dispositionē providentię sicut molinystę explicant. = Rº ad 3ᵘᵐ inferre unū ex alio arguere discursū in illo intellu, qui oia simul n ɔprehendit: in intellu autē Divino, qui oia simul ɔprehendit, etsi deductio sit in objstis, n proinde infert discursū: aliogn cū simul ter in scia visionis videat conexionē, et deductionē causarū, et efectuū, arguendus eet in ipsa scia visionis discursus qd ē falsū. 25

Ad ultᵘᵐ: scia Dei ante decᵗᵘᵐ solū pertinet ad simplicē intelligentiā, quę prescindit a quacūq tpris diffia, et ab actu exstitę; qª solū involvit veritatē predatonū, quę n repugnat etiā in futuris ɔditionatis. tq cū decreto, hoc opus, hic labor, tantū de futuris absolutis dedificatis, dū nullū sit decᵗᵘˢ circa futura ɔditionata. Ista cognoscit tantū scia ɔjecturali, ū morali, quis Deus attentis circunstantiis ɔjecturat qd eet potius, et facile futurū; ō qª ɔjicit de pota libera, quę etiā positis oibus circunstantiis, et dispositiobs potest ɔtrariū agere, neqt dici, qd realiter, ac ficiue habeat sciā certā, et determinatā; qª sine decᵗᵒ. Perfectio erū ɔjecturę ē, ut recte previdealiter juxta rationabilē ordinē, cui si oponatur ex sua libertate voluntas, n proinde scia fallitur, cū in suo genere recte previderit. Facit solū, qd ɔjectura idēqª recta, nequeat dici certa, et determinata. Voluntas eīª Dª n regulatur ab intellu, et multo minus ab ipsis objstis creatis cognitis quoad suis ɔjtū crutiās regulatur Dei providentia 26

Qº 5ª: an posit stare prescientia Dei cum ɔtingentia futurorum?

§. Magna aggredimur dificultatē, in qª ita dispersi sūt teologi ob sui abscuritatē matᵉ, ut in varias traxerant sent. Nos viā D. Thª sequemur, utpote nobis favere potest. Ut pateat objᵗᵘᵐ quesiti, et sensus qo inquirimus, dicimus, loqui de futuris absolutis, a qbs illud quęrimus arcanū Teologię prescientię

nis Dei cum contingentia futurorum. Clarius: Imo quaerimus, quomodo praescientia Dei, quae versatur circa futura contingentia illa nempe, quae possunt esse, vel non esse, poterit esse certa, et infallibilis, et eorum existentia? 2° inquirimus, quod ex suppositione praescientiae Dei certae, et infallibilis, quomodo remanebit in illis futuris indifferentia ad esse, et non esse, et non potius ab illa praescientia determinabuntur, ut necessario sint?

2. Pro his difficultatibus, iis omnibus praesuppositis, quae notavimus de quidditate futuri, ac de veritate propria contingentium, circa 1mum non est dubium de modo virtutis, seu qua virtute Deus futura contingentia cognoscat. Omnes enim fatentur, hanc esse virtutem infinitatem ipsius intellectus Divini, qua omnia cognoscibilia cognoscit, neque de modo objecti; nam cum praecognitio Dei sit ab aeterno, et futura contingentia ab aeterno non existant, nisi in Deo omnia in se continente; ideo Deus illa futura in se ipso cognoscet. Dubium quod est de modo objecti, quo scilicet, et quo medio illud quod est futurum contingenter determinandum, appareat tam ab aeterno ut a intellectu Divino determinatum, sicut postea in tempore determinabitur?

3. Pro resolutione nota fundamentum primum, et 1mo, quod cum Deus ab aeterno eodem modo agat cum creaturis, ac agit cum eis in tempore, nam providentia ejus semper una, et eadem est, ideo quia in tempore Deus causas liberas non praedeterminat ad suos effectus, sed quidem est, concomitanter concurrit cum ipsis ad effectus, nec laedat liberum earum arbitrium, sic etiam dicendum est ab aeterno non praedeterminare, sed condeterminare causas liberas ad eosdem effectus, quos illae ponent in tempore; ideo quod decretum illud, seu determinationem, qua mediante dicimus Deum certo praevidere futura contingentia, esse decretum, non praedeterminans, sed concomitans, itaut sic explicetur ejus praescientia, v.g. quia Deus ab aeterno condeterminavit cum mea voluntate scribere hodie, ideo ab aeterno praescivit, me hodie scripturum. Sed quomodo condeterminavit cum voluntate creata ab aeterno, si ab aeterno haec voluntas non erat, atque ideo non determinabat?

4. Pro quo nota 2°: quod aliud est, Deum concurrere cum causis liberis creatis ad influendum in effectum actu ponendum, et aliud est, Deum in sua determinatione coincidere cum eadem determinatione causae liberae in ordine ad effectum quocumque ponendum. In 1mo casu certum est, impo-

-ssi-

vibilis a Dei concursu sine interventione amborum, scilicet, Dico concurrente cum creata existente voluntate, et actuali determinatione ejusdem: alioquin, non haberetur efectus, si haberetur, esset unius tantum, et non duorum, ut deberet esse. Hoc modo non intelligimus Deum ab eterno determinasse efectus liberos futuros. In 2do casu non exigitur necessario illa existentia voluntatis creatæ, et actualis ejus determinatio, quod sufficit, ut aliquando futura sit, dummodo interim decretum Dei ab eterno certo coincidat cum determinatione voluntatis creatæ: hoc est, quod adeximus.

5. Sed dificultas in inquirendo, quomodo certo, et infallibiliter concurrat? est, ex eo enim, quod eminenter Deus in sua voluntate voluntates omnes creatas continet, non secus ac intellectus Divinus omnes precontinet intellectus creatos: sicut enim ob talem eminentiam continet volitiones indiferentes voluntatis creatæ, ita continet ejus volitiones determinatas: non melius: sicut voluntas Divina continet voluntates creatas, quatenus sunt indiferentes ad se determinandum, ita eadem continet, quatenus defacto se determinant. Unde non alio medio indiget voluntas Divina, ut voluntati creatæ determinationibus se conformet. Et ad summum; si aliquid exigeretur, esset praecognitio determinationis creaturæ, ne videretur voluntas Divina sese conformare voluntati creatæ, quod requiritur.

6. Imo enim constat, quod hujusmodi praecognitio est alicujus futuri, quem quidem nequit ex dictis habere ante actum Divinæ voluntatis. Unde potius cognitio ipsius conformitatis sequi debet post illam coincidentiam, et sit scientia visionis Dei, quod ex, non ex propria virtute voluntatis Divinæ coincidat cum determinatione voluntatis creatæ. Supposito enim, quod Primo Deus decreto universali concurrere decreverat simultaneæ cum determinatione causæ liberæ, si deinde rursus, et in particulari vult determinare, necesse est, ut determinet ex hoc ipso juxta determinationem causæ creatæ, quoniam ipsam determinationem in se continet. Si vero illam creatam determinationem nullo modo Deus in se haberet, utique tempore posset non coincidere; cum habeat in se eo ipso, quod velit ipse se conformare, etiam non cogitando intellectu, secundum vero ex tali sua volitione, quæ nunquam errori subjecta est, se conformat. Imo sicut voluntas creata non poterit in tempore determinare nisi juxta determinationem, quam virtualiter participat a Deo, ita voluntas Divina ex suppositione, quod velit determinare juxta determinationem creatæ, non potest determinare nisi juxta determinationem, quam ipse participavit creaturæ.

7. Doct.a hac praesupposita, apexisse oportet D. Th. qui in 1. d. 39. q. 3 tra istos rejicit opinionem S.ti D. Bonav.e tenentis futura contingentia repraesentari intui Dei ab aeterno determinata per ideas Divinas. Contra quod 1mo est, quia Dei ideae praecedunt, ac praesupponuntur ad omnem actum Dei voluntatis, ut potè conceptus intellectualis; quod sic praesupponitur, est solum possibile, et non praes.e futurum; quia futurum juxta dicta est dependenter a voluntate. Deinde est nec.m, et non contingens liberum; quia tota contingentia est a voluntate. 2o quia eadem est idea futuri, ac idea possibilis non futuri, totaque differentia stat in sola voluntate, quae vult possibile nunc fore futurum. Denique, haec sententia principium petit: nam quaeritur, quare, et quo medio habeatur in ideis repraesentatio futuri? quid enim sunt ideae, nisi conceptus mentis, sive formales, sive objectivi? ideae proportionaliter dicerentur, si essentia Dei ponerentur futurorum contingentium repraesentativa.

8 2o rejicit D. modum dicendi Henrici, quem tribuit D. Thomae menti, Deum cognoscere futura contingentia in eorum duratione; quia sicut Deus habet per immensitatem omnia loca sibi praesentia ita in aeternitate, et per aeternitatem propria habet praesentia tempora, et omnia, quae in eis durantur. Contra quod raro: quia si creatus effectus semel est, ac existit in se respectu Dei, ideoque ab aeterno coexistit, etiam est, et existit ab aeterno duratus; unde in tempore semel non poterit de novo poni in actu. Item: vel Deus cognovit ab aeterno visionem meam liberam, prout sibi erat in aeternitate praesens, vel prout visio te erat futura. Si 1mum: ergo semel non cognovit, ut futuram, sed ut praesentem. Si 2um: ex qua ratione cognovit? non quia erat praesens, nam praesentia non est ratio cognoscendi futura: ergo habet aliam rationem futuritionis.

9. 3o rejicit D. modum Scoti dicendi, quem etiam D. Thomae solet attribui, nempè, futura contingentia esse contingentia in se, et nec. respectu intellectus Dei, et per hoc contingentia futurorum non tollere certitudinem in Divina scientia. Hic modus nihil facit, cum respondeat per id quod quaeritur, quia quando contingentia fiunt nec. intellectui Dei? = Item res sunt contingentes a Deo, posita causa creata: alio-in sic a Deo sunt nec.ae, cum ejus causatio sit 1ma, et causa 2a inevitabiliter erit nec.a

10. Ita possunt rejici diversi modi dicendi Molinistarum, nempè, quod ideo futura contingentia certo cognoscantur, vel quia habent in se determinatam veritatem objectivam, contingit semel ratis dicere, quia Deus supercompre-

hens

praehendat determinationem eius certam, neque ultra dicta assignan-
da est ratio, cur huiusmodi determinationem cognoscat, dum haec sit futurorum
contingentium; vel quia futura cognoscat in decreto non determinato, sed de-
terminando in signo sequenti, ut tenet Scotus; nam decreta Dei ne-
queunt concipi ut futura, et si conciperentur, assignandum esset
aliud decretum in quo cognoscerentur, et sic in processum.

Praeterea D. S. duos modos assignat, ex quibus primus est, quod ideo 11.
Deus certo praevideat futura contingentia libera in eorum determinatione,
quia videt determinationem suae D. voluntatis volentis, et determinantis ab
aeterno illa futura pro tali tempore, et circumstantia. Sed ne hic
modus videatur inferre discursum, addit alium modum, nempe,
quod illud ipsum volitum, et determinatum futurum a voluntate reluce-
at in D. intellectu, qui mediante intellectus percipiat, et praecog-
noscat. Uterque modus approbatur a Scoto, et pro quolibet
resolvi potest, licet mea videri 2dum in 8vo resolvatur.
Verum enim est, quod scientia Dei est intuitiva, et non discursiva, atque
ideo cum Deus non abstractive, sed intuitive aspiciat, et sine
discursu videat efficaciam infallibilem suae voluntatis, in qua
stat ratio futuri, ideo scientia in hoc neget esse discursiva.
Nec etiam recolite doctrinam circa praemotionem physicam, quibus suppositis,
pendentes D. resolvibimus. Sit ergo

1ma D.o Contingentia futurorum non obest certitudini 12
praescientiae D. ex suppositione, quod Deus praevidet in decreto
suo concomitanti futurorum illorum determinationem. Ita plurimi
scotistae cum Magistro probante hanc esse genuinam D. mentem.
Pat. etiam ex ipso D. in 1. d. 41. q. 1 primus istorum, dicente: Deus
praescivit se cooperaturum Lucifero ad substantiam illius actus,
qui erat peccatum. Hoc autem praescivit, quia vult cooperari illi,
non est peccatum commissionis, vel praescivit se non cooperaturum ad
aliquem actum, quia non vult ipsum, et hoc non est ~~actus~~ actus primus
est peccatum commissionis, et sciendum, se cooperaturum ad ta-
lem substantiam actus cum non circumstantiis debitis, vel non coopera-
turum ad actum necessarium, et per consequens, quem omittere, scit
illum peccaturum. Itaque scit hunc peccaturum, non volens quia scit,
sed permissurum, sed quia scit, se cooperaturum huic ad substantiam
actus non circumstantionati, et per consequens ille committet: vel
non cooperaturum ei, et per consequens ille omittet.

Probatur 1o. ut Deus certo sciat futura libera, necesse est, 13.
ut ea cognoscat in eo volito, et in decreto suae voluntatis,
sed ea futura non possunt esse volita nisi per decretum concomitans:

q. n. nisi in ipso dec.to ɔcomitanti salvatur in Deo futu-
rorum ɔtingentium certa praescientia. Pro. Dixit D. Aug.
lib. 5. de civ. c. 30: hoc e. aeternus D.s providentiae dili-
cinea causas liberas, sic Deus administrat oia, quae
creavit, ut ipsius proprios exercere, et agere motus signat
sed n. ab aeterno habet Deus dec.tum ɔcomitans modo dicto,
siquidem relinquit libertatem illis causis agendi motus suos;
nam qd ab aeterno de illis detrat, e. illud ipsum, qd causae creatae
determinabunt in tpre: et n. ideo causae creatae sic de-
terminabunt, q.a ab aeterno sic detrat Deus, sed quia Deus
intendit ab aeterno, se ipsum illis causis accomodare: si
autem poneret dec.tum antecedens, praeveniens causas
creatas, et antecedenter praeveniret, neque agerent
nisi illos motus, ad quos subjecerunt ab aeterno dec.o Dei:
ɔtantum in dec.to ɔcomitanti praescribit.
54. p. 2: sicut fut.a ɔting.a a sua causa creata sunt ɔting.a
et simul ab ipsa detrata, ita Deus in illo dec.to ita debet
praevidere fut.a, ut illa relinquat ɔting.a, et faciat de-
trata; sed hoc dec.tum e. solum ɔcomitans: ergo. Pro. nam ex eo tale
dec.tum se accomodat indifferentiae voluntatis creatae, et ipsius, e.
quoque in diterminis ad effectum; et sicut se accomodat detrati-
ni ipsius voluntatis creatae, ita eodem modo eundem effectum
detrat: ergo in hoc dec.o et fut.a permanent ɔting.a, et fuerunt
detrata; ideoque in ipso certa D.a scia praevidentur.
55. Arg. 3.o: dec.tum illud ɔcomitans, quomodoque ɔcomitet vo-
luntatem nostram, semper e. rerum, qd aliter sit, qdo voluntates creatae n.
erant: q.a illud dec.tum detravit, qd erat a voluntate creata determinan-
dum, v.o pose detravit. Pro. ɔsq.a: q.a praedeterminatio fica coincidit cum detratio-
ne voluntatis creatae, et tum istud dec.tum, juxta thom. e. v.e praedeter-
minatibus: v. pariter = R. N. ɔsq.a. Ad prob.e: praedeter-
minationes v. n. desumi praes.e ex antecessione tpris, sed ex prae-
[illegible]tione libertatis arbitrii. Unde stat, qd dec.tum illud sit
quidem antecedenti tpre, et n. propterea sit praedetermi-
bus, q.a n. sibi subjiciat libertatem creatam, sed solum antecedenter
se accomodat voluntati futurae. Dec.tum autem thom.i ab aeterno
dicitur praedeterminasse, q.a ente praevenit libertatem ar-
bitrii. Unde rev.a dum et actu ɔcurrit, tequoque dicitur prae-
detratibus. Atque dec.tum a nobis dictum coincidit cum voluntate

creata, q.º se acomodat determinationi voluntatis creatæ, et decretis thomisticis coincidit, q.º sibi acomodat determinationem creatæ voluntatis

Arg. 2.: Vel determinatio D.ᵉ voluntatis coincidit cum nostra 16
libere, vel accidentaliter, vel naturaliter. Si libere: ergo cum præ-
via cognitione nostræ determinationis, deinde omnis actus liber ex cog-
nitione procedat: ergo cognoscet determinationem, antequam illam deter-
minet. Si naturaliter: ergo non contingenter determinavit cum voluntate
creata indifferenti. Si accidentaliter: ergo falli poterit &c. =
R.º: coincidere libere; quia ista coincidentia est actus
illius decreti universalis de se conformando causis liberis. Ad
cujus confirmationem Dico, sufficere illam universalem cognitionem, qua Deus
scicet, cognoscat possibilitatem omnium determinationum, ad quas se
determinare potest creata voluntas. Est naturaliter quod
ex q.º decrevit Deus universaliter velle se acomodare omnibus
determinationibus creatis, quas eminenter continet, requiri necessario,
ut illis se acomodet. Confirmatur autem hujus S.º: nam sicut creata
voluntas cum se determinat, non ideo dicitur, non fuisse indifferens
ad se determinandum, vel non; ita D.ᵃ voluntas, quæ se 1.mo in-
differenter acomodaverat, non propter hoc perdidit influxum,
non de facto determinat. At neutiquam dicitur accidentaliter;
nam non casu, et necessario, ex supposito universali decreto coincidit:
qui enim alterum sustentat ad ambulandum, quocumque q.º vo-
luerit, hoc supposito ille non casu, et necessario facit, quod alter: et
excellentiori modo Deus, qui omnes motus voluntatis creatæ
eminenter continet.

Arg. 3.º ex dicto decreto sequitur, 1.º, quod causa 2.ª 17
non ageret, ut mota a 1.ma, de causa 1.ma. 2.º, quod in dictis
causis liberis esset actio a se, et non a Deo. 3.º, quod non aliud decretum
præsupponet in Deo, nisi illud, q.º decrevit, causas liberas esse,
causasque motus fieri; et de hæc inconvenientia requirunt ad omni-
tis: ergo nec illud decretum concomitans, a q.º procedunt = R.º ad
1.mum: aliud esse loqui de prioritate, vel posterioritate depen-
dentiæ, in a quo; et aliud de prioritate, et posterioritate
actionis, in in quo: 1.ma posterioritatem adscrimus in vo-
luntate creata, et in ejus determinatione, q.º eventualiter creata
semper est a Deo dependens. 2.dam negamus sine dicto inconve-
nienti ex supposito decreti divini sinendi causas liberas
agere motus suos. Sic patet in ex supradicto decreto, qui alte-

ny abstentet ad ambulandy quosq volueūt. Actio abstentandi ē dependeny a abstentre, ē n proinde ē posterior actione abstentij, ē simultanea. Ad 2dy diluitur dificultas ex ila nes. dependentia, qug inevitablz aserimuy in cauji liberiy a Deo. Ad 3m: sicut decty uniuale precesit p° uniuerji cauji liberiy posibiliter determinaty, ita p° yidz detraty ad ea, et cu detranonibz futuriy nes. fuit aliud actuale decty

18 2a Pp. n obstante Di prescientia certa, et infalibli, adhuc remanet perfecta indiferēa in futuriy contingentibz liberis: est de fide. Pbr. ex scapt. licet eny ex ipsa aseratur prescientia in Deo certijima futuroxy, ita ety aseritur perfectijima libertas in hoie. q nujmz ē ila prescientia n latenty ofica ad futuriy contingentbz. Sic C. 15. Ecli, habetur: Deuy ab initio constituit hoiz, et relinquit eny in manu consilij sui. Sic alij innumeri textu, quibs et Da infalibly scia, et libertas humana suadetur.

19 P. 2. ex PP. Hier. C. 26 hieremiæ ait: n q° Deuy scit futuruz aliqd, id circo futuruz ē, d q° futuruz ē, nobit Deum prescius futurorum. Idz dicunt Origines, et Iustinus cu alijs. Aug lib 3. de libero arbitrio C 3. ait: cū sit prescius volunratis nrte, cujs ē prescius, ipsa erit voluntas: q erit, q° voluntas ē prescius. Nec voluntas ee poterit, si in potestate n erit: ē ety potestatis, ē indifz ē prescius. Non igitur p° ejs prescientiā mihi potestas adimitur, qug propterea mihi certior aderit, q ile, cujs prescientia n fallitur, ad futuruz mihi ee prescivit. C. 4. A: sicut tu memoria tua n cogis facta ee, qug preterierunt: sic Deuy prescientia sua n cogit facienda, qug futura s. q ex PP.

20 3° Pr ratione: futura licet contgā. stant cū detrnone: q ety futura poterunt remanere contgā, et certo, et infalibilter a Deo prescire. Ant. pat, q futura dicuntur contgā, eo qd in actu sint ponenda a causa contgte, et libere operante, qug ideo potest ila ponere, vl n ponere: s aut detrāta eo ipso, qd s futura. Quid eny ē futuruz nisi id, qd p° voluntē ē deinceps detraty ad ea? scicet eo, q ila pa libere defacto se detrabit. Ergo pāt: ctery qle o objty,

taly

talis e scientia; d futura Itngentia sunt certe futura: ergo de illis cognitio certissima.

21. Instatur V. non omnis necessitas tollit Itngentiam, d illa sola, quae praevenit libertatem. Necessitas ex D. Aug. e 2x, antecedens, nempe, et Isequens: 1ma praevenit, ideoque sibi subjicit, et tollit libertatem arbitrii, quia praedeterminat liberam potentiam ad unum: 2a supponit ipsam libertatem, quia si potentia seu voluntas se determinat, necesse e, ut seipsa determinet, alioquin eveniret Itradictorium obiectum determinare, et non determinare. Sic ergo supponit illud protulit principium quidquid e, quando e, necesse e esse. Haec autem necessitas non laedit libertatem; tum quia ab ipsa e dependens, tum quia dicit exercitium ipsius libertatis, appellaturque Iconcomitans. Futura ergo praescita a Deo necesse e, ut ita eveniant, sicut sunt praescita, d non necessitate praeveniente, d obiectiva, ex suppositione, quod illa futura sint determinanda libere, et inde necesse e ut illa sint ita determinata; et quia sic sunt determinata, ideo determinate a Deo praescientur.

22. Instatur 2o. exemplis. V., qui in alta turri sedens praevidet, Peregrinum agendo praecipitem fore in aliqua fovea, non propterea e causa praecipitationis: ergo similiter praescientia Dei non e causa futurorum. 2o imagines in speculo non ideo sunt imagines, quia speculum illas repraesentat, d ideo illas speculum repraesentat, quia imagines sunt immixtae in speculo. 3o si necessitatem imponit Dei praescientia: superfluae essent consultationes, Magistratus, Iudicia, pro deliberandis futuris. Denique omnes fatentur Deum non concurrere ad morale peccati, ut illius auctorem, d peccatum e futurum Itngens liberum a Deo praescitum: ergo &c.

23. Arg. [ink blot]: Deus scit necessario, Antichristum esse peccaturum: ergo necessario hoc Antichristus peccabit. P. Iseq.: tum quia ant. e necessarium: tum quia alias non sequitur necessario, ergo poterit esse, quod Antichristus non peccabit, et tunc scientia Dei esset fallibilis: ergo ne hoc sequatur, necessitas ex praescientia e admittenda. = Notate doctrinam ex Hia, inquirendo, an possit dari propositio, quae nec sit determinate vera, nec falsa: ibi enim patent soluta argumenta; d non obstante

24. Resp. D. ant.: Deus necessario scit ex suppositione, seu necessitate Isequenti, C. Necessitate antecedenti, N. D. Isequens; necessario Antichristus peccabit, necessitate ex suppositione, seu Isequenti, C. Antecedenti, N. Per hoc patet ad 1mam probationem. Ad 2am D. mam: si non sequitur necessario, ergo poterit esse, quod Antichristus non pec[ink blot]bit absolute loquendo, et praescindendo a suppositione, quod Antichristus ipse de facto se determinabit, C. Et sic sequitur tollitur ratio futuri. Ergo poterit esse, quod Antichristus non peccabit

facto jam dicto supposito, N.o scientia eorum futuri in Deo futurum praesupponit; non quia D.a scientia dependeat a re creata futura, sed quia eorum futurum non est ab illa scientia, sed a voluntate D.i, ergo oportet futurum esse volitum a voluntate, ut deinde sit cognitum ab intellectu. Si autem praesupponitur futurum, etiam praesupponitur certo determinatum, alias non esset vere futurum. En quomodo scientia Dei de futuro est necessaria, et infallibilis, et quomodo futurum sit necessarium, et inevitabile, et tamen praescientia non destruat futurum, neque futurum amittat suam contingentiam.

25. Arg. 2.: ideo res futurae, quia Deus praescivit; non est contra; sed hoc est verum, fundatur PP.um sensu: q. P. max. ex PP.: Aug. l. 15. de Trinit. c. 13. ait: universas creaturas, et spirituales, et corporales, non quia sunt, ideo novit, sed ideo sunt, quia novit ... non aliter scivit creata, quam creanda. Et lib. 6. de Gen. ad literam c. 17. ait: hoc necessario futurum, quod ille vult, et illa vere futura sunt, quae ille praescivit. Greg. lib. 20 moralium c. 32. ait; sed et quae nostra sunt non in aeternitate ejus ideo videntur, quia sunt, sed ideo sunt, quia videntur. Boetius lib. 5. de consolatione dicit: neque enim illam probationem, qua se quidam credunt hunc quaestionis nodum posse dissolvere; ajunt enim non ideo quid esse venturum, quoniam id providentia futurum esse prospexerit, sed e contrario potius quoniam quid futurum est, id divinam providentiam latere non posse: quod similibus auctoritatibus argumentantur Thomistae illam majorem tenentes pro vera.

26. Resp. illam N.o Ad §.9 literam D. Aug. et alias Greg.i, Dico non eandem rem; sed in illis quod intendunt PP. solum est adducere discrimen, quod est inter scientiam hominis, et Dei: homines non cognoscunt res, nisi existant; Deus autem illas cognoscit, antequam existant, non secus, ac si existerent (quamvis postea cognoscat), vel existentiam [illegible] tantum longe si bene perpendantur, ut jam diximus cum D. Aug. ad demonstrandum possibilia non praesupponi, sed produci a Deo in esse cognito. Illa litera Aug. nihil etiam probat, quia ut jam est, praescita a Deo esse necessario futura, sed ex supposito, quod illa sint futura, et deinde ita cognita. Posset etiam responderi, has auctoritates valere contra Molinistas, qui ponunt futura independentia non solum a scientia, sed etiam a voluntate D.i. Unde nec est explicanda Doctrina.

D.o 5a de Voluntate Dei.

Q.o vn.a quid, et quotuplex sit Voluntas Dei, et quomodo amet seipsum, et Creaturas? 1

Plures dificultates, quae melius videlixaores circa naturam Dei voluntatis in uno quaesito resolvbus. Debemus supponere Deum esse voluntatis, quam ex autoritate, ut patet contra ex biblicis, quam intellibus esse probamus, sicut Scriptura: Fiat voluntas tua. ex 6 Matt. Voluntati ejus quis resistet? Ad Rom. et c. 12 ut probetis quod sit voluntas Dei bona beneplacens, et perfecta. Sequitur ex ratione D.i in 1. d. 2. q. 2. quia agens perfectissimus perfectissimo modo debet agere, agere libere perfectius est, quam agere necessario, et naturaliter. 2.

Ad 1mam tituli partem R.o quod Voluntas Dei sic potest describi: est potentia, seu facultas, qua Deus libere non solum seipsum amat, de qua alia dicenda, est potentia, seu facultas, qua Deus libere non solum seipsum amat, verum et omnia ad extra operatur. Primo dicitur potentia, vel amat, vel odit, et qua omnia ad extra operatur. Dicitur potentia, seu facultas, contra dicitur, loquendo de intellectu D.o, si sumatur D.a essentia respectu perfectionis, quae sunt de genere qualitatis, uti atributa. Voluntas non minus ac intellectus non est extra D.a essentia, unde proprie voluntas non est atributum. Si vero essentia sumitur prout dicit tantum quando non est atributum. Si vero essentia, sic voluntas non est idem formaliter cum essentia, praedata essentialia, seu divina, sic voluntas non est actiba, de passiba facultas, seu principium ad esse divinum pertinent. Est quidem non actiba, de passiba facultas, seu principium quo Deus operatur. Non enim per idem formaliter Deus est, et operatur, alioquin non per aliquid prius est, et per aliquid posterius operatur, alioquin non posset per aliquid prius est, et per aliquid posterius operatur, quod est falsum. Denique ex quo voluntas in Deo intelligi Deus nisi operans, quod est falsum. Denique ex quo voluntas in Deo est infinitae perfectionis, non nisi unicum entitatibus actum infinitum, et etiam est infinitae perfectionis, quam ad intra, quam ad extra omnia quaecumque operatur, quaecumque enim voluit, fecit, ex scriptura. 3.

Dicitur 2.o quod Deus libere per quod denotatur in Deo esse perfectam libertatem, et indiferentiam, quae est perfectio voluntatis. Sed scire debetis, quod duplex est libertas, vel specificationis, seu contrarietatis, seu exercitii, seu contradictionis, vel ele qua voluntas vele potest contraria, vel exercitii, seu contradictionis, qua vele potest, vel non, sibe vele, et suspendere actum. Hic enim potest inquiri an utraque Deo conveniat? et ecce arcanum, in quo valde insudant theologi, et invenius valde exultat, cum Deus necessario saltem ad intra operatur, et necessario diligit se, dum Pater, et Filius voluntate producunt Spiritum Sanctum. Contra hoc videtur urgere definitio libertatis, quae fere ab omnibus admititur, est quidem potestas indiferens in potentia rationali ad utramque contradictoriam partem: unde licet resolutio hujus ad materiam de libero arbitrio pertineat, dare hinc aliquid placuit nobis ob majorem in praesenti claritatem.

4. (negat ...) Rº. q, dd. q. in Deo nulla cadit contrarietas, vel infirmitas, negat in cognoscere veritatem, et summum bonum, unde necessº é, ut summe se amet actu essentiali, et Pater, et Filius actu ~~essentiali~~ notionali producant Spiritum Stum. Caeterum de gener loquendo procedendo, dico hunc in secundus esse potius, dicas libertatis exercendæ modus, qui ipsius libertatis q. non videas species dividas. Stat Pº. activitas, et deinde ejus exercitium dividenda; ditavit modus exercitii dependet a virtute activitatis, non autem activitas, vel virtus activitatis dependet a modo exercitii, qui cessante virtuti activitatis, tollitur quilibet modus, non autem ad extra: in casu vero ablata libertate, tollitur, quod voluntas posset velle contraria, vel contradictoria, deinde ablatis contrariis, vel contradictoriis non proinde deperditur libertas voluntatis.

5. Pro cujus majori claritate advertendum, quod ut hanc hanc libertatem posset exercere voluntas, necessº. praesupponenda esse plura opposita objecta, vel plures oppositos actus sub ratione boni; sine objecto opposito, et actu contrario, quomodo posset exercebitur? Si quis dicitur voluntas, quae habeat pº. objecto talia bona, quae non patiantur opposita, et tales actus, qui soli sint boni (cujus opposita objecta, et omissio illorum actuum non nisi sub ratione mali apprehenduntur) talis voluntas nunquam sane poterit exercere illam utramque libertatem, aliquin ferretur in malum, ut malum, quod é impossibile. talis autem é voluntas Dei, et Beatorum, quae appetere aliud ab si bonum, relicta Dª bonitate, sicut et omittere actum assiduum dilectionis erga illum, sentit, non nisi esse malum.

6. Sed non propterea tollitur, vel minuitur libertas istius modi voluntatis, non libertas talis non incipit non contrariorum vel contradictoriorum selectione, et praesuppositae in potestate non detracta a se, neque ab alio, idest, in dominio absoluto agendi, ideo ut si postea sit locus inter contraria, et contradictoria, posset voluntas eligere pº. libito; ratione cujus sic libertas definitur: é potestas indifferens in appetitu rali ad utramque contradictoriis partem; quae definitio conformis é cum D. Th. in 2. dist. q. unª, et cum illo Dº. Anselmi lib. de libero arbitrio c. 1. dicentis: peccare, aut posse peccare non é libertas, nec pars libertatis. Unde si non adsint illa opposita sub sub ratione boni eligibilis, hoc non é ex defectu voluntatis, quae eadem é, et eadem agit potestate.

Dicitur

Dicitur in definitione, quod solus seipsum amat, ut denotetur Dei voluntatis obiectum primum, et adequatum; quia Deus amat seipsum, et ex isto amore impletur tota sua voluntatis apetentia; ex ipso quod amore constat, quod si voluntas fertur extra in bonum sui perfectum beatificabile, Deus profecto in se est bonum, vel infinite optimum: eadem sua natura habet quidquid apetibile potest esse voluntati Dei. Unde possumus dicere, quod obiectum tale voluntatis Dei, vel ratio, qua Deus sua proprie voluntati est obiectum, est maxima bonitas, vel transcendentaliter, vel quasi simul attributaliter, sicut sola bonitate essentiali beatur et plene satiari. 7.

Hic est addi debet doctrina D. in 1 d. 1 q. 3. § ad argumenta; quomodo Deus seipso fruatur, et beatificetur, et quod sibi ipsi non sit finis, et ad eum ratio finis non est proprie ratio fruibilis, quia ratio illius boni absoluti, cui convenit ratio finis. Licet igitur Deus non sit finis sui, quod respectu voluntatis suae est illud obiectum cui nata est competere ratio finis, quod est summum bonum. Non potest sibi competere ratio finis respectu sui, sicut nec respectu sui est finis, sed respectu omnium finibilium, quae sunt bona ordinabilia ad aliud. 8.

Sed ipse Doctor arguit contra hoc: quomodo quod Deus dicitur agere propter finem, et cum quod superioris agentis est superior finis? sic Respondet: respectu cuiusque causa finalis alicuius, nisi respectu cuius est causa efficiens, quia causalitas causae finalis est movere efficiens ad agendum. Dei igitur in efectibus nihil est causa finalis. Sed illud primum dictum vulgatum debet intelligi, quod agit propter finem efectus et propter finem sui, quia non est agens sui. Similiter 2um dictum debet intelligi de fine efectus, quia agens superius ordinat non se, sed efectum ad finem universaliorem, vel superiorem; et ita est finis superior est agentis, non ut finis eius, sed ut illius ad quem ordinat illud, quod agit. 9.

Sequitur in definitione, dicitur ... quae denotanta creaturae. Circa hoc est in primis dubitatur: an creaturae ratione sui amentur a Deo, an ratione Dei essentiae? et Respondet Doctor in 3. d. 32. his verbis: sola Divina essentia potest esse prima ratio agendi tam intellectui Divino, quam voluntati; quia si aliud posset esse prima ratio agendi, vilesceret illa potentia. Propter hoc dicunt Patres, amorem Dei in creaturas non esse respectivum, qui scilicet excitetur a creaturis, et quo Deus fruatur, et velut transfor- 10.

{meta in Creat. q. hoc est inveniens, d amorem efectivum, quo
Deus vult bonitatem Creaturarum; si aut bonitatem creatura
simplex illas vult, vel amat.}

11. Est duvitatio: an, et quomodo Deus creat. tam actuales, quam futuras, et posibiles amet? et licet Scolastici dissentiant, cum dist. ta respondere devet. Vel enim considerantur Creat. ex duplicatibus quoad suum esse essentiale praecisum a qualibet existentia; et omnes creat. Deus nes. et universe amat, q. sic dicunt participationem D. bonitatis, quae nes. a Deo nasc, et in participatis diligitur. Vel considerantur Creat. quoad existentiam actualem, vel futuram; sic enim libere, et contingenter a Deo amantur, cum Deus sicut liber est in hoc esse tribuendo, ita etiam ad tale esse amandum. Deinde amor, quo Deus diligit creat. tam actuales, quam futuras, dicitur eficax, quia sic illas amat, ut velit illis defacto existentiam dare sive de praesenti, sive de futuro. Amor vero, quem habet in creat. posibiles, dicitur simplicis complacentiae, q. sic illas amat, ut solum in illis delectetur, quin aliquid circa ipsas decernat.

12. Duvitatur demum: an Deus velit malum non solum naturale, sed culpae? et quoad primum certum est, Deus illud velle non praecise sub ratione mali, q. in malum, ut malum nunquam potest ferri voluntas, sed sub ratione boni, quod cedit in bonum universi, vel in Dei honorem. Quoad secundum Deus non est autor pecati, nec ullo modo rationem aliquid efectivum continetur in Deo, sed tantum permissive se habet Deus ad illud. De hoc specialiter agitur tract.u de pecatis, uti videri potestis in illo.

13. Alia particula definitionis est, vel amat, vel odit, per quos efectus D. voluntatis circa creat. describuntur, non quia sint actus entitative multiplices, sed quia plures, et eundem actum diversimode voluntas D.a tendit in objecta creata per diversa eorum qualitate. Deus igitur amat praeter respectus et creat., non solum amore complacentiae, sed etiam amore amicitiae, qui in eo sistit, ut velit cui alteri bonum prout ipsi convenit. Amare enim generice sumptum hec duo continet, q. ex Ds. 2. rectorice C. 4: amare est velle alicui bonum, et complacentiam illius habere.

14. Odium habet etiam Deus creat. per eam indignitatem, vel odio abominationis, vel displicentiae, vel odio inimicitiae.

tc

tundicitur Deus creat. odisse odio displicentiae, cum intelligitur nolle peccatum, quia sibi disconveniens: et hoc odio inimicitiae, cum intelligitur nolle peccatum, et peccantem, quia sibi [illegible], juxta illud Sapientiae 14. odio sunt Deo impius, et impietas. Sicut enim amor oritur ex convenientia, ita odium ex disconvenientia objecti cum voluntate. et sicut interior creat. amor, et odium, ex quo sunt ex affectione, faciunt, ut creatura feratur per amorem in aliquid, et per odium fugiat ab alia: ita cum odium, et amor Dei in creat. sit tantum effectibus, nec fertur Deus, neque fugit a creat., sed solum ab ipso movetur ad volendam positionem, vel destructionem, vel saltem vindictam, et punitionem creaturae. Alii autem affectus, qui in Deo mutationem inferrent, tolluntur a Deo: unde Deo denegandus est affectus desiderii, qui est tristitia de bono absenti, et dicit imperfectionem. 85.

Denique dicitur, et quod omnia ad extra operatur, ut statuitur, in Deo praeter intellectum, et voluntatem non esse potentiam aliquam tertiam potentiam executivam illorum effectuum, quae intelligit intellectus, et voluntas vult. Ratio: quia ideo in creaturis haec tertia potentia ponitur, immo multiplicatur, quia deficit, vel non sufficit voluntas creata ad ponendum effectum, nisi in eo volito, licet voluntas illum velit in eo actuali; sed voluntas Divina, ex quo est infinitae perfectionis, et virtutis, hunc pati defectum non potest: quia haec voluntas sola erit principium, non quidem semper executive, alias enim ab aeterno devinisset esse omnes creaturae. quia ab aeterno Deus illas voluit, sed in illa tempora differentia, scilicet, vel praesentium, vel futuri, quae sibi placet. Unde omnipotentia Divina, vel significat, eam voluntatem ad extra: et voluntas ad extra ipsa est omnipotentia, ut patet, liquet ex Scriptura: fiat lux, et facta est lux; omnia quaecumque voluit, fecit; ipse dixit, et facta sunt, etc. 86

Pro 2a tituli parte, jam ut ultima, non alia manent resoluta, dicimus; quod voluntas Dei una et simplicissima est, sibe consideretur saltem, sive entitative; atque ob diversas tendentias in objecta volita multiplex attendita a theologis. Prima divisio est in voluntatem beneplaciti, et in voluntatem signi. Prima nihil aliud est, quam ipsa Dei voluntas in re considerata; non placitum, beneplacitum, libitum, et propositum,

ut nomina synonyma liberæ voluntatis expli-
cantia. 2.o e ipsa D.i voluntas aliquo signo expressa. Sig-
num 1.o in praesenti 3plex e. Primum praeceptum, quod significat, vo-
luntatem D.i aliquod bonum velle in futuro faciendum. 2dum prohi-
bitio, quae e contra significat, illam voluntatem nolle malum futurum.
3.m Consilium, quo voluntas D.i bonum super exrogationis manifest.
4. impletio, qua intelligitur Deum velle de praesenti aliquod
bonum, quod implet. et 5. permissio, quae e contra intelligitur,
Deum pati aliquod malum, quod non avertit.

47. Hic solent interrogare teologi an voluntas sig-
ni sit semper voluntas beneplaciti, quod in scripturis non semper
idem videtur, ut e cum Deus praecepit Abraham, ut oc-
cideret filium Isaac, quem de facto nolebat occidi. Atque
res non e tanti momenti, quod paucis verbis expediri ne-
queat. Videtur e, voluntatem signi convenire cum voluntate
beneplaciti, nisi quod Deus praecipit, prohibet, consulit, et
hoc de facto, et vera voluntate praecipere, consulere, prohibe-
re? et hoc nemo potest Deo negare, nisi illi notam fictionis,
et mendacium imponat. Q. Difficultas igitur ex scriptura ori-
tur, quia non percipimus bene voluntatem ab illis signis
significatam, et illam intelligimus absolutam, cum sit conditionata
ita e in praecepto Abraham, in quo Deus intendebat occi-
sionem Isaac, conditionatam, si Abraham obediret.
Hoc raro accidit ex Dei ordinatione, qua vult in suis
praeceptis suam celare voluntatem propter aliquem supe-
riorem finem; et ordinarie loquendo, qualis e signum, talis e
voluntas Dei.

48. 2a divisio e in voluntatem absolutam, et conditiona-
tam. 1a e qua Deus absque respectu ad conditionem ullam vult
aliquod objectum, ut cum vult bonos justos post mortem ad eternam
introire gloriam. 2a e, qua Deus aliquid vult objectum
ceteris attenta, et adimpleta certa conditione, quam ipse Deus
expressa ordinatione necessario facit; ut cum vult efficaciter
omnes bonos salvos fieri, sub conditione, quod bene recte vivant, et
finaliter in justitia perseveraverint.

3a

3ª divisio est in voluntatem antecedentem, et consequentem, quam eidem tribuit/assignat Dam. lib. 2 de fide c. 29, et Crisostomus hom. 1 in Epist. ad Ephesios vocat primam et 2am. Sic autem illam explicat Dam.: voluntas antecedens est acceptio Dei ex seipso existens; voluntas consequens est concessio ex nostra Causa: hoc est, cum aliquid est optinendum ex Causa nu Dei, et Creat. voluntas Dei antecedens est, qua Deus, quantum est de se illud vult, ad illud quod operatur, quidquid non ex parte Creat. Voluntas consequens postea est, qua Deus expectata simul Creat. cooperatione, et quolibet alio requisito complete vult, et absolute ultimate illud ipsum: sic Deus dicitur velle voluntate antecedenti omnes homines salvos fieri, quia quantum est de se non solum intendit omnium salutem, sed operatur media opportuna: non autem velle voluntate consequenti, quia cum ad hanc exigatur etiam ipsorum cooperatio, reverâ omnes homines non cooperantur, vel non omnes media capiunt salutem. 19.

20 Ultima divisio est in voluntatem efficacem, et inefficacem, seu simplicis complacentiae. Voluntas efficax est, qua non solum Deus vult aliquem effectum, sed etiam ordinat media ad illud optinendum. Voluntas inefficax, seu simplicis complacentiae est, qua Deus delectatur de aliquo objecto, sed tamen media non curat, neque adhibet ad illum ponendum in esse. Sic Deus vult efficaciter Creat. futuras, quia non solum sistit in delectatione de eis, sed etiam vult illas in esse aliquando ex suo decreto. Creat. autem possibiles vult tantum inefficaciter voluntate simplicis complacentiae, quia delectatur de earum esse possibili, quin propterea decernat dare illis existentiam.

21 Voluntas efficax Dei diversimode explicatur a teologis, quidam dicunt, efficacem nominari, quia infallibiliter obtinet suum effectum. Sed nisi velint significata invertere vocum pro libito loquuntur. Nam juxta sensum omnium Scriptorum illud efficax dicitur, quod habet magnam vim ad effectum intentum obtinendum: inefficax vero, quod intendit quidem effectum, sed vim non adhibet ad illum optinendum, et adhibet sufficientem, quod habet quidem vim, sed minorem, seu solum tantum, infra quam effectus non habebitur. Quam explicationem efficacitatis tenentur omnes admittere; nisi frequenter dicunt, voluntatem Dei antecedentem salvandi omnes esse efficacem, et tamen ipsi fatentur non

semp. effectum obtinere; qn obstet dicere, et quidē efficacē, et simul conditionatam; et ex hoc ipso, qd voluntas efficax possit esse conditionata, arguitur, voluntatē efficacē nec.o n dicere connexionē effectus.

22. Martinus p.o Istrarijs quandā adducit authoritatē D.i de 1. sent. d. 46, dicendo ibi a D.e voluntatē efficacē vocari ultimatā, et vero absolutā D.s voluntatē determinatā quę necess.o et infallibiliter adimpleri debet. Sed vero decipitur, nā ibi probat Scotus, qd si Deus velit absolute et ultimate, ejs voluntas infallibiliter implebitur, qa ipse ē infinitus in virtute, et pōa, atq nihil meminit de voluntate efficaci. Apparet igitur suppositus Martinus imaginarius. Voluntas absoluta, et infallibilis ē voluntas D.a quę fertur cū tota virtute, et insuperabili remotione impedimentorū ad effectū habendū: voluntas v.o efficax fertur quidē cū magna, n cū tota virtute, removendo n penitus, et absolute, n solū p.o gratie ilius virtutis impedimenta.

23. Videamus q quomodo Scotus voluntatē efficacē explicet. In 1. ex d 6. q 1. § ad argta hęc habet: electio uno modo praes. dicit volitionē consequentē plenā apprehensionē; alio modo volitionē efficacē sequentē syllogismū practicū. Uno modo potest esse cujuscumq. &c ::: 2.o modo n potest esse alicujs, nisi ad cujs esse operatur voluntas, qtū potest ex sua parte, qa nihil vult efficaciter, nisi ad quod disponit media, p. quę potest deduci. In 3.o d 33. § ad 1.m ita ait: duplex ē volitio, una simplex, quę ē quędā complacentia obj.ti; alia efficax, qua scilicet, volens prosequitur ad habendū volitū, si n impediatur. Ecce quomodo voluntas efficax potest impediri, et n ē illa Martinus ultimata, et impedibilis. Sed clarius voluntatē efficacē definivit in 1. d 47. q 1.a volitio efficax ē, quę ē respectu finis p. media ordinata ad illū finē consequendū.

D. 6.a de prædestinatione, et reprobatione.
Præfacium ad materiam de varia circá prædestinationem sententia.

§. 1.s quid importet prædestinatio? 1.

Prædestinatio juxta nom.i etimologiã idẽ ẽ ac præ
ũ ante destinare. Ejs quiditas prout á teologis videratã
notarit in ejs defione ex P.P. et Scoto colecta. Prædestinao
ẽ D.s electio, ũ prædestinao eterna C rect.s intuatis ad grat.s
et ad gloriã. Dicetr Divina electio, ut 1mo inteligatur præ-
destinaonẽ ee actũ D.s voluntts recte agentis, quoniã ois
electio in voluntte ẽ, et a recta raone dirrecta. Ex hoc pat
cũ prædestinaone ee quoq. in Deo certã prescientiã eorũ,
quũ Deus prædestinat. Imo testr Apostolo Aug. qdoq. ex
perimur prædestinao in v. ipo! pr prescientiã, ut eiluis
ad Rom. c. 16, n. repulit Deus plebẽ suã, quã prescivit, id
ẽ, prædestinavit. Et D. Aug. ilã in defione exponit lib.o
de perseverantia c. 14. dicens, prædestinao Santorũ
nihil ẽ aliud, qz prescientia, et preparao beneficiorũ D. 2
Electio quoq. dicitr, ut inteligatur prædestinaonẽ
ee aliqd aliud, qz simplex ppositũ voluntts. Propositũ
enĩ dicit preparaonẽ voluntts, ũ decretũ se detrandi,
v.g. propono, ũ decerno me vele cras legere. Electio
autẽ dicit oẽ, et ultimatã detraonẽ v.g. volo cras legere.
Advertendũ tñ ẽ, prædestinaonẽ vepedici in Scripturis
fieri 2dũ propositũ D.s voluntts, qd ñ ẽ negare electionẽ,
in voluntte, d declarare, electionẽ in prædestinaone ñ
havere ab alia causa l.o motiva, quã ab ipsa voluntte, ita p.o
vnolibito detrante se. tandẽ dicitur Electio tñ ut manifes-
tetur hanc Dei detraonẽ creaturaz fieri ad id, ad qd illẽ
de se ñ pertingunt, tñ ut hæc detrao ccipiatur ut separatio
inter plures, nẽ eligere ẽ partes separare in multitudine. 3.
Ejz dicitur ũ prædestinao 1.o ut inteligatur prælec-
tionẽ ñ ee de aliqua re præsenti, d futura. 2.o ut signifi-
cetur, hanc ee voluntẽ Dei beneplaciti absolutã, d quã
ñ quocũq modo, verũ certis modis atendat finẽ, et objctũ:
ordinare enĩ ñ solũ ẽ statuere, d etĩ preparare objctũ de-
bitis modis ad finẽ ultimũ. Ire prædestinao, ut vidimus

ex Aug.º vocata præparatio. Additur æterna, qᵃ licet ta-
lis electio executione fiat in tpre, tamen ante executionem e in-
tenta a Deo. Juxta intenta ante: et ab æterno, qᵃ quidquid se-
mel e in Dei intentione circa creat. semper ab æterno fuit
in ipso, alias esset mutabilis.

4. Sequitur creat.e intelectualis, qᵃ hæc e objectus prædes-
tinationis. Licet enim cum creat.ª alio modo præcedat a Deo
prædestinata, quia omnes existant, fuit ab æterno decreta a Deo
in prædestinata ad eas, tamen hæc potius prædecretatio, quam prædestinat.
apelatur. Cursu enim loquendi tamen scrpt.e, quam S.S.P.P., ita dicuntur a
Deo prædestinari, in quæ ad simpliter esse, sed quæ ad melius esse,
in ad perfectionem ulteriorem tanquam ad superiorem finem præor-
dinantur. Cum autem hujusmodi superioris finis capax sit sola
creat.ª intellectualis, solus homo, vel Angelus e objectus prædestinationis.

5. Denique dicitur ad gratiam, et gloriam, p.º quod denotatur
duo superior finis prædestinationis, unus ordinabilis ad alium,
scilicet, gratia ad gloriam. Licet enim prædestinatio una sit,
potest tamen duo attendi ex duo vita hominis, una viatoris in hoc
mundo, alia comprehensoris in Cœlo, una prædestinat
ad gratiam, et alia ad gloriam. Prima e, qua homo ad fidem, ad
bona opera, et ad Dei amicitiam præordinatur. 2ª qua
præeligitur post mortem ad gloriam æternam. Utramque præ-
destinationem innuit Apt.: Primam in 1.º ad Efes. C.1: elegit
